

BIBLIOTHÈQUE
MUSEUM DE BREVET

SI

RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
XV-XVI. S.

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INDIIS NOVI
MUNTIIS





cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21



Ex Bibliothecâ
quam 16000 Voll. constantem
huic Abbatiaë S Genovesæ Paris.
Testamento legavit Car Maurit.
LE TELLIER Archiep. Remensis.
Obit anno 1710.



La note *g* de ce recueil est la
seconde édition de la traduction
latine de la Lettre de Cocomb
relatant la découverte du Nouveau
Monde.

Elle a été imprimée par Stephanus
Plannck, à Rome en 1493, et a été
à également imprimée la 1^{re} fois
mais en caractères en latin à Rome
de la presse de Sabell.

Dans cette note, Plannck a corrigé
cette édition, ainsi que le nom
de l'auteur de la découverte. Il est
noté le nom de son Publier
Amos V. ...


Henry ...

3 Juin 1892

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14



La fidei potest p[ro]p[ri]a 2a 6.
p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a 2a 30

P. 1.	-	Dalé de 1522	} Ces six premières pièces formant 62 fts. 1 ^a 2 ^e du vol. et sont toutes de XVII ^e .
2.	-	id.	
3.	-	circa 1522	
4.	-	-	
5.	-	-	
6.	-	Dalé de 1522	

Pièces incunables: n° 1(6) Daunou 463 - Pellechet 4090
 2(7) - 416 - 3230
 3(8) - omis - omis
 (cf. 2 autr. de D. 480 - 5060 et un 4^e de
 OE XV, 351 p. 12.)
 4(9) Daunou 718 - 3262
 5(10) - 465
 6(11) - 675
 7(12) - omis Pellechet omis
 (cf. OE XV, 351 p. 22) 667 - 1686)
 8(13) Daunou 710
 9(14) - omis - omis
 (cf. OE XV, 351 p. 22) 671 - 5019)
 9⁺(15) - omis -
 (cf. OE XV, 351 p. 23) 569
 9⁺⁺(16) - omis
 (cf. OE XV, 351 p. 28) 673
 10(17) - 653
 11(18) - 665
 12-13(19) - 674 Pellechet 2048
 14(20) - omis
 (cf. OE XV, 351 p. 29) 712
 15(21) - 461 Pellechet 4816
 16(22) - 568 - 4438
 17(23) - 590 - 2836
 18(24) - omis mais sous le n°
 832 Daunou est l'oe [351] que n'exist
 par 8. et autre volume: pas dans l'oe de
 19(25) - 534
 20(26) - 792
 21(27) - 419 vol. 2 fms [351]?

T. S. V. P.


22 (28) Daanou 717.
23 (29) - 287
24 (30) - 318
25 (31) - 314
26 (32) - 466
27 (33) - 451

28 (34) Bien datie de 1523
29 (35) - 1524
30 (36) - 1521.

~~x~~ ~~511~~

(KY) 740

n. 9) Lettre de Chettophi Cabone



70 20
Io. MARIAE
Archiepi Sipont.
De Christi Passione
Oratio.

Ad Adrianum VI.
Pont. Opt. Max.
Ac Sacrosan. Senatū.
Habita
M. D. XXIII.
III. NON. APR.



BIBLIOTHEQUE
SAINTE
GENEVIEVE

Io . Maria Episcopus Papien .

Digniss . Patri / ac Domino . V . De Enckenuoir
Electo Dertusiensi . Datario Apostolico .
S . P . D .



ET SI Cogitui q̄ magnum / vel do-
ctissimi viri existimare / dare aliquid
in manus hominū . Victus tamen ami-
corum præcibus (quos ego magni sem-
per feci / quorumq; desiterio nequaquā
subscribere turpe admodū duxi) Ora-
tionē a me habitā de Christi Reparatoris nostri passio-
ne ædendā censui curauiq; . Eam autem nō idcirco tuo
amplo nomini dicaui : q̄ aut probari abste lucubration-
culas meas / aut saltem tibi / alias occupatissimo lectitan-
di ocium superesse putarem : Sed vt benignam tuam in
me voluntatem / itemq; singulare meum erga te studiū
priuato non solum officio : verum etiam publico / ac
perpetuo quodam monumento testarer . Vale & me
(vt facis) ama .



QUIS Dabit capiti meo aquam / & oculis meis fontem lachrymarum? Quis dabit pectori suspiria? Gutturi singultus? Ori mestissimam vocem ad vim acerbissimi doloris exprimendam. **C**onditor celi rerumque omnium opifex a vilissimis comprehenditur seruis / In Ius rapitur / Accusatur / Damnatur sententia iudicium impurissimorum. Denuclatur in cœtu populi / Deligatur / Virgis cœditur / Laceratur / In crucem agitur / Extremo summoque supplicio seruitutis afficitur. **Q**uid si nigrescunt sidera / Si inuadunt orbem tenebræ. Si mouetur tellus. Si scinduntur saxa. Si omnia denique / uel muta / atque inanima / cœdem tam impiam / tam atrocem / tam nefariam indignantur / deflentque sui creatoris casum. Ego miserrimus mortalis / qui necis causa fui / crudelissima terribissimaque supplicia recedens / non gemitus vehementissimos emittam? Non in singula verba singuli singultus irumpent / singulaque suspiria? Tristamur vel minimis amicorum incommodis : tot tantisque parentis nostri cruciatibus non commouebimur? Luges propinqui mortem : in dei ac seruatoris interitu lachrymas tenebimus? Quis igitur quis dabit capiti meo aquam / & oculis meis fontem lachrymarum? Nempe tu ipsa dabis pia castaque superni regni regina **V**irgo. Quæ licet merens / afflictæ / sordidata in squallore iaceas / & tuo satis occupata dolore / sitque prope scelus in tam graui atque acerbulo luctu tibi quæpiam obstrepere : summam tamen illam decet pietatem / qua tempore complexa es filium / te eius ipsius **C**rucem deplorâti mi

hi presentem / ac propitiam assistere : opemq; fere aliquã
diuinam. Cum presertim orem atq; efflagitem / non (vt
sæpe alias) ingenii acumen / sed cordis lenitatem. Non di
serte dicendi / sed pie deslendi vim. Nõ elegantium verbo
rum / sed piarum lachrymarum copiam. Nam neq; indu
striæ / neq; facundiæ : sed hodiernæ luci debitæ pietatis /
debitiq; mæroris laudẽ quæro. Quo circa omiffis Rhe
torum phaleris / omniq; orationis ornatu / ac pompa ne
glecãta / id maxime agam / vt dolori seruiã. Quod ita de
mum euenturum haud dubie spero. Si causã imprimis
amarissime passionis repetere / simulq; immensum in nos
dei amorem agnoscere. Deinde eximias / vel inter ipsos
cruciatu virtutes admirari. Tũ nostrum in eum ingra
tum animum detestari voluerimus. Quæ ego duz trita /
humili / aperta / breuiq; enarratione percurro. Te Diue
Adriane precor / benigne (vt soles) ac diligenter attende.
E Qui rege primordia / mortaliũ originẽ / & christianæ
religionis initia cõscripsere / orbe cõdito / illustratoq; fide
rib⁹ cælo / hominẽ a deo formatum / atq; in Orto amenis
simo collocatum. Inde vero (cum diuinum ille imperiũ
neglexisset / proptereaq; deum sibi : posteris suis / nobis
ipsis / vniuersis deniq; mortalibus infensum reddisset)
depulsus. Ad labores / erũnas / incõmoda / sudores dam
natum. Morti addictum. Sũmo bono priuatum. Pœna
demum sempiterna mulctatũ fuisse tradunt. Tanta mihi
lominus Deũ in humanam prolem charitate / atq; amo
re flagrasse : vt nulluz officii / clemẽtiæ / pietatis genus præ
mittendum statuerit. Quo lapsum hominem erigere

Iacentem subleuaret. Amissum recuperaret. Ab aliena
tum reconciliaret. Exulantē/in patriā reuocaret. Ex teter
rima deniq; Seruitute, Morte, gnominia/ ad Libertatē/
ad vitam/ad gratiā/gloriamq; reduceret. Quare cum
in infinitā Dei potētiā/ac iustitiā/perpetratū ab homine
scelus infinito etiam aliquo piaculo lui oporteret. Idq;
muneris a pura Creatura obiri nequaq; posset: misisse
Deū ab altissimo Cęlo ad hanc infimam terram/nō An
gelum/nō Archangelum non Patriarcham/ o Prophe
tam (ego enim sum/ego sum ipse inquit/ delens iniqui
tates tuas pp me) sed sapiētiā suā/ Verbū æternū/filiū v
genitū. Qui de castissimo / Virginis pudicæ singui
ne carne sumpta/sub humana diuinaq; natura. Altera. s.
ad luendam poenam. Ad gratiam altera promerendam
q; aptissima/Noxam/ligni delectatione admissam/ligni
amaritudine submoueret: Genus humanum scelere sol
ueret: ac nos proprio sanguine expiaret.

Hæc est atrocissimę passionis causa/Hinc hodie effusus a
Deo cruore/hinc Virge/hinc flagra/hic plagæ/hinc ho
dierna Crux/hinc summi cęteri dolores emanant Hinc
etiā tibi Homo parta Salus Quies/Vita/Libertas/vera
sempiternaq; foelicitas. Hinc interclusū ē ad inferos iter.
Hinc ad superna regna aditus patet. Etenim haud satis
immenso Dei amori fuerat / te suæ instar imaginis effin
xisse Ratione/sermone/consilio/sapiētia/ etherea mēte/
cęlesti animo dotasse. In mundum tam pulchrum/tam
patentem/tam amplum/tam ornatum edixisse. Rerum
omnium terrenarum dominum/ cęlestium participem

effecisse. Cælū stellis / Volucibus aera / Piscibus mare /
Animatibus Terras / ad vitam / cultūq; tuum distinxisse.
Per Abrahā / Mosen / ac ceteros Beatissimos Patres tibi
se ppalasse. Ritus, Cerimonias, Supplicationes, piacula
res hostias tuas nequaquā spreuisse. Deditse & tibi legem /
qua maxime cunctis aliis populis antecelleres: qua in dei
ac tui ipsius cognitionem deuenires: qua verā bene, pie,
caste, beateq; viuendi rationem tenere posses. Haud etiā
satis extiterat exsiccatis vndis vastissimi pelagi ab hosti
libus te gladius eripuisse. In desertissima solitudine cele
sti cibo pauisse. In uia atq; aspera loca peragranti expādis
se nubē in protectionem / & ignē vt luceret tibi p noctē.
In spe veniæ / in spe nouæ generationis / in spe salutis eter
næ / p Patriarchas, Pontifices, Reges te cōfirmasse. Ven
turum se in mundū prophetæ pconiis prædixisse. Ve
nisse demū ī hāce tenebrosas terræ caligines. Tulisse ma
terni vteri angustias. Nō p sepe / non pputii dolores / non
fugam / nō inediam / nō algorē / nō estum / nō discipuloꝝ
inicitiam / nō sacerdotū calūnias / nō scribæ pertinaciā /
nō plebis amētiam horruisse. Neq; etiā satis extiterant su
pra triginta ānos exanclati labores: vt tibi arcana Myste
ria / cęlestes reuelatiōes / Oracula pphetæ / Diuinæ reg
scientiā aperiret. Vt te de regno Dei horis omnibus ac
momentis erudiret. Vt cōsilis, pceptis, exēplis, miracu
lis, ab obscurissimis tenebris ad clarissimā lucem extrahe
ret. Hæc inq; ceteraq; infinita in te homo a Deo collata
beneficia nō latis eius amori fuerant. Nisi etiā (cū prius
exinanisset se ipsum forma serui accepta scūsq; esset obe

diēs vsq; a I mortē) Corpus suū Iuret perentiētib⁹ /
& genas vellentibus / & faciē nō auerteret ab increpā
tibus / & cōspuentibus in se . Nisi hodierna luce im
manissimis feris dilaniandum se præberet . Nisi fune
stis facibus / cruentis gladiis / infestis mucronibus te
rrimorū parricidarū obiectaret . Nisi truculentā /
uissimorū canū rabiē sacro sanguine expleret . Nisi e
gremio pie genitricis ereptus / charissimorūq; fratrū
cōplexu diuulsus / in vincla & catenas ab impurissimis
lictoribus cōiiceret . Nisi a circūfusa lateri turba mo
lestissimis clamoribus , illusionibus , probris , pulue
re , sputo , ceno , pugnis impeteret . Nisi barba crini
b⁹q; excerptis Coccinea clamys / ad iniquos /
ac sceleratos iudices traheretur . Nisi ex vepribus
circūducta capiti corona , ad colūnam deligatus , vir
gis cederetur . Quid item ? Nisi onerosa Cruce mol
libus ac delicatis humeris imposita / fessum pōdere
fessum gressu / fessum verberibus trahens corpus / ad
supplicium / raperetur : ac tamq̄ Ouis pro victima du
ceretur . Quid ultra ? Nisi pedibus manibusq; Cru
ci affixis inter latrones deputaretur . O spectaculū nō
modo Hominib⁹ / sed etiā Feris / Mōtib⁹ / Syluis /
Vndis / atq; litoribus luctuosum . In Crucem tollitur
cunctorū cruciatuū extinctor . Libertatis vindex ser
uili supplicio necatur . Hancine indignitatē / hanc ci
ne cōuersionē / hancine cōmutationē tantā / vestri / Pe
tre / sanctissimiq; apostoli (vt te Virgo piētissima præ
teream) ferre unquā oculi valuerūt ? Quē paulo ante

decoratum, ouantē, stratis vndiq; virentibus Oleæ
palmarq; ramis incedentē/inter faustas acclamatio
nes/popularesq; gratulationes exceptū videratis: eū
deinceps vincū, plenū sanguinis, & sudoris/inter ver
bera/ & cruciatus morientē / in tanta feditate suppli
cii expirantē cōspicere potuistis? Atq; hoc ipsum sa
tisne diuino amorī fuisse dicam? Equidē nō satis. Ni
si etiā icū infestæ cuspidis pectore transfūso/sangui
nē, & aquā ad tuas Homines lordes eluendas emitteret.
Nisi viam tibi veræ felicitatis / quæ in eius reponit
sinu/pateaceret. Nisi deniq; saucium amoris gladio
Cor tuo quotidiano aspectui/tuis semp oculis osten
taret: Æternūq; suæ in te Charitatis monumētū re
linqueret. O admiranda charitatis potētia. O vis
inexuperabilis ardētissimi amoris. Tu cōmunē oīm
Seruatorē interimis. Tu illas potes vincire manus: q̄
Cœlū/quæ Terras/q̄ Orbē vniuersum cōstruxere.
Tu Mari, Vētis, Astris, Elemētis, rebus cūctis ipe
rātē/Carnificū arbitrio tradis obnoxiiū. Tu regē ip̄
gloriæ vincū/mācipatūq; ducis ī triūphū. ¶ V ege:
& nūc reliquas Redēptoris nr̄i (si placet) virtutes cō
teplemur. ¶ Sed vnde potissimū incipiā? Vñ
ordiar? Vñ initiū sumam? Admirabor ne insignem
indiscipulos humilitatē/perpetuāq; beniuolentiā: q̄
eoz pedes demissis in terrā genibus/ac prope humi
iacens lauerit q̄ a gros animi verbis tā humanis/tā
lenibus/tā benignis cōsolatus fuerit? q̄ patri altissū
ma orōne cōmēdarit? q̄ ab īsequētib⁹ apparitoribus

defenderit ac seruarit? Nū vero ꝑcipuam in caeleste nu-
men obseruantia ac venerationē? q̄ tātae mysteriū passio-
nis a votis/ & ꝑcatione/ ad nr̄am tñ institutionē auspican-
dū censuerit? Nū eximiā in perditissimum Iudā benigni-
tatē? quē nō modo nunq̄ auersatus: sed ꝑditionē quoq̄
molientē/ ad caedem proficiscentē/ sicarios inducentē/ lu-
gulū petentē / amplexatus / osculatusq̄ fuerit / ac bene-
uolis vocibus cōpellarit. Nū excelsam ī aduersis rebus
animi magnitudinē? q̄ nullo terrore/ nullo pauore ꝑcul-
sus properanti lanioꝝ turbæ vltro se obtulerit? Nū Egre-
giā ī impuros iudices/ sacrilegos testes/ atq̄ in ipsos etiā
carnifices mansuetudinē? quos nullis nō solū contume-
liis, cōuiciis, maledictis lacefferit: sed ne iratis quē oꝓu-
lis aspexerit? Nū inauditā fortitudinem, cōstantiā, paciē-
tiā? q̄ inter dolorē crepitumq̄ plagarū/ nullā indignā vo-
ce/ nō miserablē implorationē/ nō execrationē/ nō cōque-
stum/ nō gemitū/ nō vllā deniq̄ lamentationē emisit?
Nū vero mutuā in flentes mulieres miserationē? quas ꝑ
dolore lacrymas integrantes / atq̄ oculos a tanta indi-
gnitate spectaculi auertētes/ imminentis excidii/ ac ruinae
admonuerit? Nū singularē erga Pudicā/ atq̄ Inuiolatā
Genitricem pietatē? quā Virginem Virgini discipulo
cōmendarit? Nū rursus in humanū genus amorē? cuius
se salutē siti re/ vel ex ipsa Cruce exclamarit? Nū deniq̄
summā ī ipsos tortores Misericordiā, Lenitatē, Clemē-
tiā? quibus nō solū nihil aduersū optarit / parariē: sed et
veniā atq̄ impunitatē a Patre exorarit? Hanc certe/ hanc
ipsam libet ꝑ ceteris cunctis admirari/ suspicere/ celebra-

B

res magnisq; in cælū laudibus (ni desit ingeniū) efferre.
Hęc est illa præcipua singularisq; virtus: quæ nos in hęc
lucē eduxit. Eductos/ac deinceps errore nostro præcipita
tos/erexit. Erectos seruauit. Seruatos a diuina rursus vin
dicta vindicauit. Hęc est inquam, illa ipsa virtus: q̄ irā
altissimi/in nostrū rursus reuersurā caput/demulsit ac pla
cauit. Iā .n. arreptis armis steterat pater/acerbā atq; indi
gnā filii necem vltū iturus: Cū p̄sto est Seruatoris nr̄i cle
mētia. Attollit oculos sanguine cōpletos. Videt elatā de
xterā excelsū/fulmina/tela/faces pro:ecturā. Aperit os pu
gnis cōtusq;. Orat enixe his verbis. Pater ignosce illis.
Tā fēdo fili/tam in humano scæleri ignoscā ? Ignosce/
inquā/quia nesciunt quid faciunt. O clementiā admira
bilē. O vocē sempiterna laude/prædicatione / memoria
decorandā/ac nunq̄ é mortaliū pectoribus euellēdā. Illa
tæ libi iniuriæ vindictā clemētissimus redemptor nō mo
do prohibet: Sed culpā etiā ab offensione auertit. Perpe
tratū in semetipsum facinus/nō modo vt sit impune/ro
gat: s; etiā excusat. Neq; solū ipsius facinoris veniā petit:
Sed et cōcedendi rationem addit. At hic plura nō dicā:
Nam & lachrymis ac mœrore impediōr/ & ad nr̄i ingra
ti animi querelam iam p̄perat ōro. Vere quo satis digno
dolore? qua vi vocis? qua verborū acrimonia tam ingratis
Xp̄ianorū oīum voluntates execrabor? Deus ipse huma
ni generis liberator/in humilitate / ac paupertate potissi
mū christiānæ religionis fundamenta iecit: Nos auro/
gēmis/purpura nitentes/ferocia/fastu/superbia tumētes
nihil magis q̄ paupertatem humilitatemq; deludimus.

Dedit nobis inſigae Charitatis / & mutuæ beniuolentiæ
documentū: Nos perpetuis odiis / inuidia / emulatiōe cer
tamus. Ille laboribus / erumnis / anguſtiis tantā nobis im
perii gloriam reliquit: Nos celeberrimis Ciuitatibus
amiſſis / ocio / q̄eti / ventri / laſciuiæ / luxui / delitiis / atq; abū
dantibus voluptatibus indulgemus. Inſtituit ille nos te
ſtamento ſuo pacis hæredes: At ipſi opulentiffima hære
ditate expilata / Bellis tantū ſtudemus: Bellis delectamur
Bella q̄rimus: Bella paramus. Oppetiit ille mortē, Cru
ciat^o, verbera / vt nos ī libertatē aſſereret: Ipſi vero / ne pau
xillū feramus incōmodi / propinquā ſeruitutē / inſtātes ca
thenas / atq; impendentia vincula deſpicimus. Patere me
hoc loco Pōtifex Beatiffimę Chriſtianæ Reipublicę ca
lamitatē cōquerentē / pauloquidē loqui liberius / q̄ videa
tur / vel cōditio tenuiffima / vel authoritas minima mea
poſtulare, Præſertim q̄ ī eo ſtatu res nræ ſunt: vt quāuis
inuitus / Chriſtianæ tamen neceſſitatis index eſſe cogar.
Cur. n. nō affirmem ſeruitutē, carcerē, cōpedes, vincula,
tormenta verbera, ſecures, cruciatus exitium, incendiū,
interitum, extrema deniq; omnia (niſi eadem ipſa Serua
toris noſtri Clementia præſentē aliquā ferat opem) chri
ſtiano populo imminere? Quippe cū videam immaniſſi
mum / potentiffimūq; hoſtem / patriam orientis victoriis /
partim nræ diuturna patientia (ne dicam ſocordia) adeo
vehementer elatum / inſolentē / inſultantē: vt nō cōtentus
veteribus Chriſtianorū cladibus / quas quidem animus
meminiſſe horret: nō recēti validiffimi oppidi expugna
tione / qua patefactus ē curſus eius equitibus in Xp̄ianorū

regna: Munitissimā Ciuitatē (Hem opprimit me dolor
atq; exanimat) Orthodoxæ religionis muræ, arcem, pro
pugnaculū, terrorem hostiū/fulgur Christiani Imperii/
p̄sidium & spem vltimā nostri nominis momēto tēporis
potitus/cōferētissimis legiōibus/ instructissima classe/in
credibili mil tū manu/innumerabilibus copiis / Iam iā
Italiæ/& vtinā nō huic vrbi/infesta signa inferre: Oraſq;
n̄ras/Terra mariq; iuadere, diripere, deuastare incēdere,
fixū ac destinatū in animo habeat. Atq; hæc cū ita sint:
Nos tñ miseri (adeo occęcat animos fortuna / vbi vim
suā ingruentē refringi nō vult) p̄ angustissimis regnorū
nostrorū finibus dimicamus. In nos ipsos supra omnem
ferarū sequimur morē. Vrgētia pericula/quantis nunq̄ fuit
ab ānis mille/& quingentis in hunc diē X̄piana plebs cir
cumuēta cōtēnimus. Sūma n̄ra ignauia/atq; īsito torporū
minime cessam⁹. Sōno deniq; altissimo p̄sli, sopiti, sepul
tiq; iacemus. Neq; vero tāta mali moles / nec tot vndiq;
fluētes clades nos excitāt. Nō principū n̄rorū discordia,
Nō belloꝝ flāma diuturna. Nō pestilētix strages vren
tis simul vrbe/atq; orbem/ac iam portēto similis. Nō so
litudō ciuitatis cęterarū Regina. Nō vastationes p̄uin
ciarū. Nō populatiōes agrorū. Nō extenuatio n̄rarū viriū.
Nō cōculcatio iustitię. Nō oppræſſio libertatis. Nō de
prauatio morū. Nō pristini splendoris amissio. Nō cōtē
ptus religionis. Nō Ecclesiasticæ dignitatis despectus.
Nō adolescentes hereticorum sectæ. Nō publicarū reꝝ
rapinæ. Nō effrenata regnandi libido. Nō dep̄dandi li
cētia. Nō sacerdotiorū occupatio. Nō diruta direptaq; tē

pla. Nō sacra polluta, Nō diuina humanaq; omnia vio-
lata, vexata, perturbata, euerſa nos mouent/admouēt ue/
cei nubes pcellarū futurarū. Magna nimisq; ſuperni numi-
nis/quæ nunc tenet ſæculum/negligentia. Magna tãtoq;
in nos meritoq; obliuio/mentes nra: anguſtas, obrutas,
imerſas, oppletasq; tenebris reddit. Ne videamus aperta:
Ne ſcalas muris admotas. Ne intra mœnia furētē hoſtē.
Ne ſupra caput tenui pēdentē filo gladiū perſpiciamus.
¶ Quare cū certū exploratūq; ſit/ōia pſpere euenire ſe-
quentibus Deū/aduerſa ſpernētibus: habeamusq; ducē/
cuius ductu/atq; auſpicio iuga mōtiū ſuperare/quoſcūq;
hoſtes proſtigare facile poſſimus. Habeam⁹ & medicū/
qui nris cunctis morbis medicinā ſalutarē afferre queat:
ad eum ipſum confugiamus. Volentes animo labores,
ſudores/cruciatuſ/ob noſtrā ſalutē ſuſceptoſ. Agnoſcen-
tes Amorem/Charitatē/clementiā, Contēplanteſ virtu-
teſ ceteraſ ad nram eruditionē oſtenſaſ, Abiicienteſ om-
nē ingrati animi labem. Demuſ lachrymaſ tā acerbę de-
bitaſ paſſioni, Ploremuſ coram dño/q; fecit/ac ſeruauit
noſ, Poſcam⁹ veniā, Petamuſ pacē: quā ille nō abnuet.
Stat pedibuſ affixiſ: vt nram quācumq; ſegnitię præſto-
lando vincat. Stat extenſiſ lacertiſ: vt ad ſe venienteſ am-
plectatur/atq; ī gratiā recipiat. Stat prono capite: vt oſcu-
lo pacis obſide recōciliet. Stat pectore aperto: vt intra ve-
ræ beatitudiniſ domū inducat. Stat patētibuſ manibuſ:
vt alterā grām / altera gloriā cumulatiſſime largiatuſ
Ac tam & ſi nulla in terris lux/ non momentū / nō tēpo-
riſ punctū Seruatoriſ noſtri benignitate, liberalitate, cle-

mentia sterile/aut vacuū apparet. Hūc tamen diem acer-
bissimæ passionis memoriæ dicatū/ceteris omnibus lon-
ge augustiorem, auspiciatorē/magisq; aptū ad veniā/ac
pacem exorādā/dandū dubie affirmarim. Proptereaq;
bonū, cōmodum, piū nō immerito censuerim in exitu
oratiōis cū ipm his p̄cibus obtestari. ¶ Sūme parēs, cō-
ditor, Seruator humani generis Christe. Quē e cęlo ad
terras/eterris ad Crucem immēsa misericordia euocauit
ac deduxit. Cuius corpus infinita clementia fustibus, fla-
gellis, ludibriis obiecit/verberibus cōfecit /rotū deniq;
ab imis pedibus/vsq; ad verticē sūmum lacerauit, confo-
dit, cōtriuuit, cōuertitq; in sanguinē. Nos tua progenies.
Nos inquā ipsi per tuā clemētiā seruati ad te cōfugim⁹.
Te inuocamus. Te imploramus. Spectas ex alto cęlo/q;
nos agitent p̄cellæ: quæ obruant Tempestates: q; fluctus
absorbeant: q; magna discrimina inuoluant. Vides (vt
omittā cętara) Rempublicam a te institutam, ppagatā
illustratā, nunc prope iam affectā, extinctā, prostratā ho-
stili terrore oppressam. Cernis hostem crudelissimū in
tuam fidē/ac religionem armatū/ fascēs /virgas / secures
molientē in nostrū caput/anhelantem/sitientemq; sangui-
nē tui gregis/erectū. s. magna spē/ vt Christianos victos
victoresq; simul, fessos, debilitatos, extenuatos extermi-
net. A quo periculo prohibe a te redēptam prolē. Fer tu
iple opem: qui vitā/salutem/ac spē dedisti. Remoue bel-
la. Seda Discordias. Cōprime Iras. Mentēs Principū
fluctuantes cōpone. Sanguis tuus tā copiose/tā largiter /
tā abūdanter in hodiernæ Crucis patibulo effusus n̄rog

Regū corda demolliat. vt saluberrimis Beatissimi Pa-
tris/ac Sapiētissimi Pont. cōsiliis obtēperātes/dent iam
receptui signū. Redeāt in mutuā beniuolētiā/atq; grām
Pacē ineāt. Pacē Xp̄iano orbi. Pacē afflictæ reddāt Ita-
liæ. In patētissimā opulētissimāq; Asiā (Romani quon-
dā Imperii gloriam) inuictos exercitus / atq; inuicta ar-
ma conuertant. Hostes tui hominis prosternant. Resti-
tuāt Reipublicæ tuæ religiosissimū illud monumentū:
in quo ipse mundi salus/ac vita requiescit. Ad cuius ho-
stiū liceat cum Maria/Sanctissimisq; Apostolis te ipsū
quærere. Liceat complorare. Liceat ingentes delictorū
sarcinas excutere. Sit fas tādē Christiano homini / sine
vitæ discrimine/sine vllō tormentorum metu / Terrā il-
lam tam sanctam/tam beatā/quæ te genuit/aluit / aspice-
re/osculari/ac rigare lachrymis/vt tu rigasti sanguine.
Primus inter Cæsares Adrianus vetuit Christianos af-
fligi. Primus inter Pontifices Adrianus omni non mo-
do cuiusuis afflictionis terrore Christianos liberet: verē
& vniuersum orbem in tuam fidem/ac religionem reci-
piat. Sit semper faustum, foelix, fortunatum Christianæ
Reipublicæ nomen. Cuius auspicio sileant arma. Sileat
militū clamor tubarūq; son⁹. Euanesccāt insanissimæ legis
deliramēta, nuge, fabulæ, ambages. Cessent spurcissime
gentis ebrietates, obscenitates, libidines. Sit cunctis po-
pulis psuasum p̄ hodiernā Crucē / p̄ tuū cruorē / p̄ tuū su-
dorē se esse seruatos ac redēptos. Agnosccāt te verē Deū/
verē Dñm / verē humani generis liberatorē. Oīs deniq;
terra adoret te / & psallat tibi / & psalmū dicat nomini tuq;

Nūc te Adriane Pontifex Optime maxime: Cuius po-
teitas proxime ad clementissimi Redēptoris nostri nu-
men accedit / in tam calamitoso / ac formidoloso tempo-
re appello, oro, atq; obtestor. Miserere labentis Rei
publicę, Succurre ruenti populo, Subueni cōmuni incen-
dio, Extingue perniciosissimā belli flāmam, Constitue
iudicia. Reuoca fidē, Excita iustitiā, Restitue libertatē,
Refoue lapsā bonarū artiū disciplinā. Quæ oīa / vel tēpo-
rū / vel (vt verius dicam) hominū iniuria iacere sentis.
Respice deniq; respice super hanc familiam tuam / tantis
cruciatibus reparatam / tanto sanguine expiatam / tanto
præcio redemptam / tuæ sapientiæ, potestati fidei diuini-
tus cōmissam, atq; creditam. Pro qua Dominus noster
Iesus Christus / istius Celsissime Sedis opifex / tuæq; emi-
nentissime dignitatis Author, Institutor Propagator nō
dubitauit manibus tradi nocentium / & Crucis subire
tormentum.



D X I

